

IACOBI CVIACH  
IVRISCONSVLTI PRÆ.  
**CLARISSIMI, REGII**  
CONSILIARII,

Opus Metadromum,

Quo comprehen-  
duntur Recitatio-  
nes Solemnissimæ

- Pauli Responsorum Lib. XXIII.  
Neratii Prisci Respons. Lib. II.  
Vlpiani Marcelli Respons. Lib. singularem.  
Vlpiani Respons. Lib. II.  
Modestini Respons. Lib. XVIII.  
Cetuidii Scavolz Respons. Lib. VI.  
ad Editum Lib. XCIV.  
Ex Minutio Natali Lib. VI.  
Juliani ad Viseum Ferocem Libroq.  
librum Singularem de ambiguitatibus.  
Decretalium Lib. III.  
Titulum Institut. de Actionib. & Appellat.

EX MANUSCRIPTIS CODICIEVS, QVI PO-  
nit optima fide & diligentia, ex recensione magni nominis IC.  
nunc primum in lucem editum,

Cum Indice rerum & verborum fatis sufficiens,  
Et Gratia Cesar. Maiestat. ad Decennium.



Dominus Iacobus  
nisi d' Pausa



FRANCISCVS  
Ex Officina Palcheniana Sumtibus Iona, Rhodii, Successoris P. Fisch.  
ANNO CHRISTI M. D. C.

D. ZACHARIAS PALTHENIVS TYPO-  
graphus Lectionib[us] beneuolo salutem.

**A**COBVS CUIACIVS Tholosas qui quantusque fuerit, nemo est, vel leuiter tantum humanioribus literis imbutus, qui ignoret, imo quib[us] hunc quasi nomen quoddam eruditio[n]is non habeat, colatque Itaque de eodem preflare forte tacere hoc loco, quam paucula proloqui: nisi operum eius postuma editio in tanta indiciorum non libertate iam sed licentia suo quasi iure, hanc a nobis exquirere operam videretur. Ab eo igitur tempore, quo publice in scholis ius docere Cuiacius noster coepit, ita in omnibus pralectionibus (sive, ut ipse vocabat, recitationibus) diligentem semper se prabuit, ita se ipsum studio aliquam multarum horarum preparauit: quasi protinus edenda in publicum orbis theatrum essent, qua suis ipse auditoribus de sua gesto erat dicturus. Industriam viri cum ingenii praestantia, & indicii acrimonia coniunctam, is aplausus, & statim ab initio excepit, & (quod in hoc genere perrarum est) ad finem usque operarum vita que secutus est, ut non tantum iuris studiosa inuentus, hunc quaqua iret sicut apum examina suum regem, maxima cum frequentia sequeretur, sed & apud ipsos Ictos non Gallie tantum, sed & Italia, Hispania, Germania nostra, summo in pretio, & instar reuariori ipsius dicta & cogitata haberentur. Qua de re nisi plurimorum eorumq[ue] maximorum virorum testimonia literarum monumen-tis, perpetuum victoris inserta haberemus, equidem pluribus dicerem: sed quid opus est soli lucem addere? Ea porro, qua & lectissima & limatissima propeneret publice, audee excepta, descripta, care ab aliis coemta sunt: in primis Julianus, cuius leges difficilime face Cuiaci illustrata, ita nunc faciles videri possunt, ut vel non debuerit aliter Julianus scribere, vel non potuerit quispiam hactenus ad eius animi perspicaciam peruidendam penetrare, donec hic nobis Hercules viam salubrosam complanasset. Etsi autem complura etiam Cuiacius noster & immortalia ingenii, iudicii, recondite doctrina monumenta ediderit: tamen eorum, quae in scriptis adhuc supersunt, longe alia quam editorum est ratio. Habent hoc doctissimi quique maxime proprium, ut paucis verbis multa comprehendant, & quae sibi sunt notissima, et sine multiloquio, & aliu patere posse indicant. Ceterum in tanta ingeniorum dissimilitudine sereuenit, ut in succincta brevitate discentes non nunquam desiderent, non in iudicio scriptoriis complementum, sed pro ingeniali mediocritate explicationis adiumentum. Ita saepe ex Cuiaci nostri auditoribus audire me memini, cum rogaretur vi pliore stylo sua excoleret, cum regantibus respondisse, doctis scribo, indectis lego. Innuebat vir intelligentissimus praca sapientibus sufficere, ad eque, quibus ea, quae concisius ederet, non sufficerent, iis lectiones sive recita-



IACOBI CVIACII  
IVRISCONSULTI CÉLEBERRIMI REGII  
PROFESSORIS IN LIBRVM PRIMVM  
Responsorum Iulii Pauli.

*Recitationes solemnes,*

Ad L. XXXV. de Adoption.

*Per adoptionem dignitas non minatur sed augetur. Vnde senator eis a plebeio adoptatus est, manet senator, similiter & senatoris filius.*

Oc in libro primo Paulus complexus est responsa quæ ad ius & officia publica, & munera viris, ad honores, dignitates aut secrete-  
ta pertinent. Ac primum quidem illud responsum, quod extat in l. 35. de adopt. per adoptionem dignitatem non minui, sed augeri, & non minui quidem vel amitti dignitatem adoptione, puta si senatoris filium vel senatorem plebeius homo adoptat: nec enī per adoptionem huiusmodi definit esse senator, vel senatoris filius. Quia non aruitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis. l. 5. & 6. de senatorib. & ita Clodius adoptatus a... plebeio homine non desuit esse patritius & senator populi Ro- mani. Marcus Tullius pro domo sua, ad options ita fieri, ut ne quid de dignitate generis, aut de sacrorum religione dimi-  
nuatur.

Verum etiam ex diverso dignitatem per adoptionem augeri & acquiri cer-  
tissimum est, puta si senatus popul: Ro-  
mani, vel decurio senator municipalis  
plebeium hominem adoptat: Is enim  
quem senator adoptat, etiam si origo eius  
humili: & plebeia sit, senatore & decu-  
trione superior esse intelligitur. d.l. 6. de  
senator. l. 13. hoc t. & consequenter eis-  
dem privilegiis fruatur, eodemque ho-  
nore in pœnis evitandis, si quid admis-  
tit, quo senatoris filius naturalis. Id vero  
ita accipiendum esse idem Paul. in l. vii.  
de pœn. respondet, cum exceptione vide-  
licer huiusmodi, nisi ipse ex delicto vel  
vitio suo senatoris vel decurieris filii ho-  
norem amisit. Qui enī eam dignita-  
tē suo vitio amisit, pœnae subiicitur ple-  
beiorum, veluti furce aut metalli pœnas  
aut fustium, vel etiam pro qualitate deli-  
cti ligui excrematur: non etiam qui eam  
dignitatem retinet. l. moris. Si s. f. c. ff. de  
pœn. Quod autem auctor huius legisulti-  
mæ de pœn. pponit ex rescripto Antonini  
ad Aurelium Attilianum ultra admini-  
strationis suæ tempus interdicere alicui  
arte vel negatione sua uti non posse, id  
Paulum protulisse opinor, eiusdem re.

